A. D. 1894

CURRENDA XI.

N. 2020.

EX SACRA CONGR. RITUUM.

DECRETUM.

AURELIANEN. Beatificationis et Canonizationis Ven. Servae Dei Ioannae de Arc. Virginis Aurelianensis puellae nuncupatae.

SUPER DUBIO: An sit signanda Commissio Introductionis Causae in Casu, et ad effectum de quo agitur?

Deus, qui, ut ait Apostolus, *vocat ea quae non sunt, tamquam ea quae sunt*, velut olim, ut fortes confunderet Deboram et Judith pro suis consiliis elegerat; ita saeculo decimo quinto ineunte Ioannam de Arc excitavit ut prope eversas patriae sortes ob accerrimum Gallos inter et Angelos bellum restitueret, eamque simulque afflictas Religionis res in libertatem et gloriam vindicaret. Parentibus censu mediocri, at avita in Deum pietate egregiis, ipsa in Lotharingia orta est die 6 Februarii anno 1412. A prima aetate, bonis moribus imbuta, omni christianarum virtutum genere praestantissima evasit, praesertim angelica vitae castimonia. Adhuc puellula *in simplicitate ac innocentia cordis sui Deum timens,* parentibus agricolis ope manuum suarum suppetias ferebat; domi enim commorans *digiti eius apprehendebant fusum,* et ruri una cum patre aratrum aliquando ducere non renuebat. Haec inter adolescentula piissima caelestibus charismatibus augebatur in dies. Quum vero decimum septimum aetatis annum attigisset, superno ex visu cognovit sibi Carolum Galliae Delphinum adeundum, ut quod divinitus acceperat secretum ei panderet. Bona itaque ac simplex puella, sola obedientia innixa ac miraculi caritate incensa, *manum suam misit ad fortia.* Patria ac parentibus relictis, post innumera itineris pericula, coram rege in civitate, cui nomen vulgo *Chinon,* stetit eique uni quod caelitus audierat firmo ac virili animo aperuit: se autem a Deo Missam addidit ut Civitatem Aurelianensem obsidione liberaret illumque Rhemos adduceret ubi, Christo Iesu supremo Galliae Rege declarato, in illius vicem et locum Carolus consecrationem ac regni insignia susciperet. Obstupuit rex his auditis: verum ut prudentius ac tutius in tanti momenti negotio ageretur, eam Pietavium misit, a coetu virorum illustrium ibi coadunato examinandam. Eminebant inter eos Archiepiscopus Rhemensis Regni Cancellarius, Episcopi Pictaviensis et Magloriensis, eximii praeterea Doctores

e Clero tum Saeculari, tum Regulari, qui omnes paulo post Puellam remiserunt, praeclaro testimonio adiecto, quo eiusdem fidem, pietatem, virginitatem ac simplicitatem apud Regem cohonestantes, divinam ipsius missionem probabant. Hinc illa quae clypei et galeae usum non habuerat, equum conscendere, omnibus admirantibus, visa est: tum ensem altera manu distringens altera vexillum, Redemptoris imagine insigne, efferens, sese bellorum periculis laboribusque commisit, ac in medios hostes impavida prosiluit. Incredibile dictu est quo ausu egerit, quot ab adversariis contumelias ac ludibria patienter sustulerit, quot ad Deum cum lacrymis et ieiunio preces fuderit, ut Aurelianenses victores evaderent, ac novis exinde Gallia aucta triumphis, regni iure sarto tectoque futuris etiam temporibus, pacis et prosperitatis amittendae simulque avitae Religionis labefactandae periculum, Deo opitulante, arceret. Videre erat Ioannem cuius latus Confessarius semper premebat omnia tentare ut a militibus quidquid mores inficere posset propulsaret, pluribus ad perpetrandum malum incitamentis amotis, piisque Sacerdotibus attributis, qui pietatem foverent. Validius tamen erat ipsius Puellae exemplum quae angelicum quid portendebat exercitio virtutum omnium, praesertim incensissima in Deum et proximum caritate. Quae caritas erga inimicos etiam adeo effulsit, ut non modo Ioanna neminem illorum ense vel hasta unquam laeserit, sed etiam quos vulneratos conspiciebat humi iacere, illico erigere, sustentare ac fovere maxima omnium admiratione conspecta fuit. Tandem hac illac ut strenua ductrix advolans, Aurelianensem Civitatem hostibus liberavit, ac trepidantibus civibus pacem retulit. Super his autem Ioannae tribuendum, quod terra omnis circa Ligerim, ac Trecensis, Catalaunensis et Rhemensis Civitates ad regis obedientiam redierunt, ipse demum Delphinus in regem solemniter Rhemis inunctus est. Pro tot tantisque benefactis, ita Deo disponente et Ancillam suam probante, aspera quaeque aetas illa Puellae retulit. Nam a suis ipsis vel derelicta, vel prodita, in efferatissimas hostium manus incidit, a quibus pretio vendita catenisque vincta ac mille diu noctuque in carcere vexata modis, demum per summum scelus, quasi haeresis labe infecta ac relapsa iniquorum sententia iudicum, qui schismatico Basilaeae Concilio studebant, flammis addicitur. Sacra Eucharistia refecta, oculisque dum combureretur ad crucem conversis, nomen Iesu saepissime ingeminans, pretiosam iustorum mortem oppetiit, quae signis caelestibus, ut fama est, illustrata illico adstantium admirationem adeo concitavit, ut inimici etiam eius deterriti fuerint. Nec defuit qui sibi pectus percutiens ab horrendo illo spectaculo reverteretur; quia et carnifex ipse interfectae Puellae innocentiam palam professus est. Resipuerunt exinde homines, et Ioannae sanctitatem statim in ipso supplicii loco venerari coeperunt, ita ut ne populus Puellae reliquiis potiretur, una cum cineribus cor eius, in igne illaesum et sanguine manans, ab hostibus in flumen proiectum fuerit. Carolo VII. regnum adepto, rebusque publicis in Gallia restitutis, Callistus III. Summus Pontifex, matre ac fratribus ipsius Joannae postulantibus, inquisitionem super processu, quo ipsa Puella ad ignem damnata fuerat per Apostolicos Iudices institui mandavit: qui auditis centum ac viginti cuiusvis aetatis et conditionis testibus, die 7 Iulii anno 1456 sententiam protulerunt, qua prius iudicium rescissum ac Puellae innocentia declarata est. Tum fama eius sanctitatis per quatuor continenter saecula vigente, factum est ut aetate tandem nostra ad Ordinariam Inquisitionem super eadem sanctitatis fama ac virtutum in Curia

Ecclesiastica Aurelianensi deventum sit. Qua rite expleta, et ad Sacram Rituum Congregationem delata, Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII. benigne indulsit, ut Dubium de Signatura Commisionis Introductionis Causae eiusdem Dei Famulae in Ordinario, ut modo obtinet, Sacrae ipsius Congregationis Coetu agi possit. Quocirca instante Rmo Episcopo Aurelianensi una cum Rmo P. Arthuro Daptier Moderatore Generali Societatis Sancti Sulpitii, eiusdem Causae Postulatore, attentisque postulatoriis litteris plurimorum Emorum et Rmorum S. R. E. Cardinalium et Sacrorum Antistitum non modo ex Galliis, verum etiam ex aliis regionibus longissime dissitis, quibus innumeri e Clero spectabiles viri ac totus fere catholicus orbis suffragantur, in Ordinariis Sacrae Rituum Congregationis Comitiis, subsignata die ad Vaticanum habitis, ab Emo et Rmo Domino Cardinali Lucido Maria Parrocchi, Episcopo Albanensi et Causae Relatore, sequens Dubium discutiendum propositum est, nempe: *An sit signanda Commissio Introductionis Causae in casu, et ad effectum de quo agitur?* Et Sacra eadem Congregatio omnibus accurato examine perpensis, et audito voce ac scripto R. P. D. Augustino Caprara Sanctae Fidei Promotore rescribendum censuit: *Signandam esse Commissionem, si Sanctissimo placuerit.* Die 27 Ianuarii 1894.

Quibus omnibus Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII. per me infrascriptum Cardinalem Sacrae eidem Congregationi Praefectum relatis, Sanctitas Sua rescriptum Sacrae ipsius Congregationis ratum habens, Commissionem Introductionis Causae Ven. Servae Dei Ioannae de Arc Virginis propria manu signare dignata est iisdem die, mense et anno.

C. Card. *ALOISI-MASELLA S. R. C. Praefectus.*

L. † S. *VINCENTIUS NUSSI S. R. C. Secretarius.*

N. 100/praes.

Admonitio ad V. Clerum, de fugiendis suspectae famae hospitiis.

Non solum aeternam animarum Vestrarum, Dilectissimi Fratres, sed etiam temporalem prosperitatem ac imprimis sacerdotalium morum splendorem tueri ac promovere studentes, nec „canum illorum mutorum, qui latrare nesciunt,“ partus agere volentes, aperire hodie cogimur os Nostrum gravem, ac seriamque ad Vos dirigere admonitionem:

Pluries jam ad aures Nostras de competenti fonte tristis pervenit notitia, nonnullos sacerdotes dioecesanos justo saepius visitare sive Tarnoviam sive alias majores civitates, Qua de causa, vel quem ob finem hoc faciant, nolumus hic et nunc inquirere. Sed minime tacendum putamus, sub quam horribilibus et statum clericalem dehonestantibus circumstantiis istae excursiones fiant. En! dicti sacerdotes, absque tonsura, sine veste talari, acupictis exornati pectoralibus atque veste superiore soluta, aureis pro horologio non erubescentes splendescere catenis, in cubilibus tertiae classis una cum

sordidis Judaeis et simul cum infima ac rudi plebe vehuntur via ferrea. — Venientes in urbem non divertunt in claustra, quae communiter in talibus civitatibus inveniuntur et fratribus sacerdotibus libenter portas suas aperiunt, nec in hospitia honestioris notae; sed a judaicis institoribus deduci se sinunt in diversoria pessimae nonnunquam sortis, ubi turpissimas propositiones, et proh! dolor non semper cum justa indignatione repulsas, faciunt eis tabernarii. Quanta exinde dehonestatio non solum dignitatis sacerdotalis, sed etiam nominis christiani!

Obsecramus Vos itaque Venerabiles Fratres, et exhortamur, ut in posterum et rarissime i. e. in urgentissimis solummodo casibus istas excursiones faciatis et ut, necessitate compulsi eas suscipientes, in claustra divertatis. Specialiter hoc attinet Tarnoviam, ubi ad preces Nostras in claustro RR. PP. Bernardinorum paratum invenietis hospitium. Mementote „qua vocatione vocati estis“ (Ephes. 4, 1.) et nolite oblivisci quod „alienati a conversatione Israel“ (Ephes. 2, 12.) esse debeatis.

W sprawie Stowarzyszenia rodzin chrześciańskich.

Dla rodzin chrześcijańskich, zapisujących się do pobożnego Stowarzyszenia, które ma na celu czcić w szczególniejszy sposób Przenajświętszą Rodzinę Nazaretańską i naśladować Jej wzniosłe cnoty tak w pożyciu domowem jak i w wypełnianiu przepisów religijnych, wydał z polecenia Najprzewielebniejszego Konsystorza Metropolitalnego we Lwowie p. Wincenty Kuczabiński odnośny Statut, wraz z ozdobną kartą wpisową, na które zwracamy uwagę Duchowieństwa i wiernych. Nabyć można statut za 3 ct., kartę wpisową za 5 ct. u wydawcy — Lwów, ulica Karola Ludwika, l. 3.

Polecenie książeczki pod tytułem „Jasna Góra“,

w której ks. Dr. Julian Bukowski, proboszcz u św. Anny w Krakowie, znany zaszczytnie z innych swoich prac literackich, zwłaszcza na polu historycznem, opowiada dzieje cudownego obrazu Bogarodzicy, stylem popularnym i zarazem szlachetnym. Książeczkę tę o 124 stronnicach, zalecającą się nietylko treścią ale i wcale udatną formą, bardzo chętnie widzielibyśmy w rękach uczniów i uczennic, jako otrzymaną nagrodę szkolną, z niej bowiem budziłaby się w sercach polskiej młodzieży ufność i miłość ku Maryi, na którą nasz naród w potopie klęsk rozlicznych oglądał się jako na swoją arkę zbawienia.

Poszukuje się metryk urodzenia

Mateusza i Józefa Horodyskich, z których pierwszy ożenił się r 1790, drugi zaś 1806. Za odszukanie tychże metryk wyznaczone honoraryum 25 złr. Ktoby je odnalazł, zechce zgłosić się do Konsystorza Biskupiego.

Wykaz składek na pogorzelców katolickich w Nowym Sączu.

a) W Konsystorzu Biskupim w Tarnowie złożyli: X. Infułat Walczyński 10 złr. X. Infułat Leśny 5 złr. — X. Infułat Dr. Bąba 3 złr. — X. prałat Jaworski 3 złr. — X. kan. Leśniak 3 złr. — X. kan. Dr. Bernacki 3 złr. — X. kan. Dr. Tylka 5 złr. — X, szambelan Franc. Walczyński 2 złr. — X. Chendyński 1 złr. 50 ct. — X. Karbowski 1 złr. — X. Pawicki 1 złr. — X. Spirytualny Dr. Stanisław Dutkiewicz 2 złr. — X. Dr. Mrugacz 2 złr. — X. Górka 2 złr. — X. Gadowski 2 złr. — X. prof. Dr. Dutkiewicz 2 złr. — X. Dr. Szczeklik 2 złr. — X. Depowski 2 złr. — XX. Wikarzy katedralni 10 złr. — X. Dr. Pechnik 2 złr. — X. Krośniński 1 złr. — Dzieci II. klasy szkoły ćwiczeń 35 ct. — PP. nauczyciele i dzieci klasy II. III. IV. szkoly chłopców 1 złr. 92 ct. — XX. Filipini 50 złr. — X. Jakób Przybyłło 50 złr. — NN. 50 cent. — Parafianie z Zakliczyna 22 złr. 44 ct. — Z nowego Wiśnicza 5 złr. — Z Lipnicy murowanej 27 złr. — Z Brzezin 8 złr. 10 ct. — Ze Zbylitowskiej Góry 18 złr. — Z Lubczy 5 złr. — Z Czchowa 12 złr. — Z Radłowa 27 złr. — Z Otfinowa 3 złr. 55 ct. — X. Dr. Kasprzak 1 złr. 90 ct. — Parafianie z Tarnowa 53 złr. 43 ct. — Z Ocieki 5 złr. 70 ct. — Z Porąbki usz. — 33 złr. 69 ct. — Z Pogorskiej woli 10 złr. 10 ct. — Z Siedlisk 6 złr. 60 ct. — Z Mielca 27 złr. — Z Lubziny 14 złr. — Dzieci szkoły wydziałowej żeńskiej w Tarnowie 4 złr. 77 ct. — Z Poręby radlnej 5 złr. — Z Kolbuszowej 10 złr. — Razem 467 złr 57 ct.

b) Na ręce X. Inf. Dra Al. Góralika przysłali: XX. Jan Górnik 4 złr. — Józef Lenartowicz 5 złr. — N. Figwer 1 złr. — XX. Cystersi 10 złr. — Ks. Biskup Łukasz Solecki 50 złr. — Ks. Biskup Ignacy Łoboś 50 złr. — P. Rupczyński z Tłustego 7 złr. P. Franciszek Gedel z Wydni 5 złr. — Wydział Rady powiat. w Tarnowie 100 złr. — Parafie: Brzozowa 10 złr. — Domosławice 4 złr. 98 ct. — Nowy Sącz 37 złr. 88½ ct. Jazowsko 10 złr. — Szczepanów 22 złr. 45 ct. — Ks. Szczepan Kosecki 10 złr. — Ks. Józef Kaliciński 5 złr. 55 ct. — Składka z miasta Podgórza 167 złr. — Ks. Jakób Rozwadowski od księży z St. Sącza 25 złr. — PP. Klaryski z St. Sącza 20 złr.—Parafia Kamienica 5 złr. 66 ct. — Ks. Ignacy Górski 3 złr. 64 ct. — Ks. Rajczak 1 złr.— Parafia Rzochów 4 złr. 45 ct.— Parafia Piwniczna 15 złr. 50 ct.—Mszana dolna 17 złr. 2 ct. — Ks. Wincenty Jankowski 10 złr. — P. Boratyński z Dąbrowy 1 złr.— Parafie: Pilzno 47 złr. — Żywiec 52 złr. 37 ct. — Łącko 25 złr. — Ujście solne 25 złr. — Radomyśl 23 złr. 40 ct. — Nawojowa 10 złr. — Szczucin 38 złr. — Jasień 5 złr. – Borzę-

cin 40 złr. — Turka 5 złr. — Jadowniki 20 złr. — P. Maksim Thullie składka od dzieci ze Lwowa 2 złr. 20 ct. — Ks. Franc. Lipiński 5 złr. — Parafie: Wojnicz 24 złr. Straszęcin 24 złr. — Bochnia 80 złr. 70 ct. — Okocim 7 złr. 50 ct.— Łukowica 10 złr. 60 ct. — Barcice 2 złr. — Brzesko 15 złr. — Sucha 14 złr. 28 ct. — Ochotnica 16 złr. 70 ct. — Dobrków 27 złr. 45 ct. — Oświęcim 70 złr. — Ostrowy Tuszowskie 12 złr.— Wietrzychowice 34 złr. 11 ct. — Poręba spytko 6 złr. — Polanka wielka 10 złr. —Dąbrowa 23 złr. — Dobra 22 złr. 50 ct. — Okulice 13 złr. 60 ct. — Krościenko ad Dunajec 15 złr. — Dembno 19 złr,— Bruśnik 27 złr.— Księża Filipini z Tarnowa 250 zr. Ks. W. Dutkowski 10 złr.—Ks. Jan Sroczyński 1 złr. — Ks. Mich. Wieliński 50 ct. — Parafie: Siedlce 2 złr. 95 ct. — Zakopane 50 złr. — Jastrząbka stara 10 złr. — Dębica 10 złr. — Czarny Dunajec 30 złr. 70 ct.—Pstrągowa 7 złr. 50 ct. — Szczurowa 33 złr. 60 ct. — Gwoździec 6 złr. — Stary Wiśnicz 12 złr. — Ropczyce 10 złr. — Muszyna 30 złr. 30 ct. — Olszówka 4 złr. — Pleśna 5 złr. 61 ct.— Żabno 20 złr. — Złota 1 złr. Księża z Góry ropczyckiej 20 złr. 70 ct. — Z przedstawienia w czytelni kolejowej w Nowym Sączu 15 złr. 35 ct. — Parafie: Wadowice górne 13 złr. 56 ct. — Książnice 14 złr. — Uszew 15 złr. — Grybów 35 złr. — Biegonice 3 złr. 50 ct. — Zwiernik 5 złr. Zaborów 12 złr. — Towarzystwo „Zgoda w Krośnie z przedstawienia 80 złr.—Parafie: Czarny potok 10 złr. 55 ct. — Skrzydlna 5 złr. — Łąka 7 złr. 80 ct. — Góra św. Jana 16 złr — NN. 3 złr. — Ks. Leon Gruszowiecki 2 złr. — Parafia Gumniska (fox). 10 złr. — Ks. Leon Gruszowiecki 2 złr. — Ks. Franciszek Gabryelski 30 złr. — Parafie: Wilczyska 10 złr. — Gręboszów 15 złr. — Podegrodzie 10 złr. — Tylicz 9 złr. — Szynwałd 5 złr. — Nockowa 15 złr. — Ekonomat miasta Krakowa imieniem komitetu dam 621 złr. 89 ct. — Parafie: Zalasowa 10 złr. — Piotrkowice 3 złr. — Brzeźnica ad Bochnia 5 złr. — Jazowsko 2 złr. — Siemiechów 6 złr. — Tylmanowa 3 złr. 21 ct. Gmina Mostki ad Stary Sącz 3 złr. 83 ct. — Parafia Gromnik 5 złr. — Razem po dz. 22 maja 1894 2,895 złr. 08½ ct.

Na spalony kościół OO. Jezuitów w Nowym Sączu złożyli na ręce X. Inf. Dra Góralika: Ks. Józef Lenartowicz 5 złr. — P. Rupczyński z Tłustego 3 złr. — Parafie: Piwniczna 10 złr. — Nawojowa 10 złr. — Bochnia 5 złr. — Ks. kan. Franc. Lipiński 5 złr. — Parafie: Dąbrowa 10 złr. — Grybów 35 złr. — Ks. kan. Franc. Jaworski 10 złr. — Parafia Gręboszów 5 złr. — Parafia Piotrkowice 2 złr. — Razem 100 złr.

Mutationes inter Venerabilem Clerum

inde a 1 Aprilis ad 15 Junii.

Skopiński Mathaeus, institutus ad Beneficium cur. de Ocieka et *Jarotek Joannes* ad Beneficium de Skrzydlna. — Translati: *Radwański Petrus* e Brzeziny ad Ochotnica, *Ręgorowicz Josephus* ex Ochotnica ad Muszyna, *Kozak Casimirus* e Muszyna ad Cmolas, *Słowiński Franciscus* e Czermin ad Wojnicz, *Czerski Stanislaus* e Wojnicz ad Czermin,

Ekiert Mich. ex Ocieka ad Trzęsówka, *Michael Januś* e Czchów ad Lipnica murowana, *Joan. Hołda* e Lipnica mur. nd Łososina, *Franc. Sikorski* e Łącko ad Czarna — *Franc. Szablowski* ex Ujanowice ad Jakóbkowice, *Franc. Łukasiński* ex Jakóbkowice ad Ujanowice — et *Jacobus Bruśnicki* e Dobra ad Zasów in locum *Lad. Kijas* qui curat valetudinem — *Szczepaniak Valentinus* nominatus Catech. in Żółkiew. — Pane deficientium provisi: *Mathias Żyła* paroch. de Biegonice et *Nicolaus Zabrzeski* paroch. de Rożnów — *Joannes Bubula* Cooperator e Zbylitowska góra constit. administrator in Biegonice et *Jos. Łopatowski* e Zgórsko administrator in Rożnów.

Piis ad aram precibus commendatur:

anima p. m. *Theophili Maryański*, deficientis, qui Sacramentis provisus obiit in Lexandrowa die 3 Junii, anno aetatis suae 33, sacerdotii 6. Societati precum pro felici morte *adscriptus*.

Z KONSYSTORZA BISKUPIEGO.

W Tarnowie, dnia 14 czerwca 1894.

IGNACY
Biskup.

X. Stanisław Walczyński
Wikaryusz generalny, kanclerz.

W drukarni Józefa Styrny w Tarnowie 1894. Nakładem Kleru Dyecezalnego.